



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

IV. [i.e. VI.] Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Joannes Damascenus à primâ ætate Virgini mancipatus, ob ejus imaginum cultum dexteræ amputatione mulctatus, eandem à Deipara integram recepit, quam ille à scribendis Mariæ laudibus nunquam ferari passus est. *Ex vita.* Quàm præclara scripserit tali Manuductrice.

S. Joannes porrigere supplicanti manum tuam, ut & manu & viribus omnibus Mariæ honorem, promovere, & quantum occasio ferret, augere possim, ut hoc sancto conatu illud favoris impetrem quo agonizanti mihi adsit, animæq; de corpore egressuræ manum porrigat adjutricem. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: si nihil de Mariæ laudibus scribere possim, quoties nomen ejus hodie scripsero, quàm elegantissimè scribere conabor.

Maria se suppliciter invocantibus favet, iratòque Filio dulcia verba repræsentat, quibus delectatus Filius mansuescit. *Rich. d. S. Laur. de laud. V. l. 2.*

Quæstio: quid fuerit in Deipara majus, an dolor de amisso, an læticia de invento filio?  
*v. Sylv. l. 2. c. 10. quæst. 25.*